nissimorum et noli oblivisci Et
alibi dicitur Memorare novissi-
ma tua et in eternum non peccabis
Sed que sunt novissima, nam utique
bicqz limus est Unde Tulius libro
in tusculanis questionibus narrat So-
cratem dixisse quod philosophorum vita
est sollicitudo mortis et per mortem
intelligit mortificacionem pravorum
desideriorum Unde Seneca epistola
26 Meditare inquit mortem qui
enim meditari libertatem est quia
sed per eius meditacionem vicia que
sunt fragilia evitantur Ita in vi-
ta Johannis elemosinarij legitur
quod olim cum imperatores corona-
bantur eis monumenta mortuorum
ostendebantur atque interrogabantur
quale sibi monumentum fieri vel-
let, si sui solij celsitudo eum in
superbiam elevaret Qua ob re
beatus Gregorius libro ix° moralium
Cum inquit culpa animum temptat
necesse est ut brevitatem vite sue
aspiciat ne innocentem mortis fac-
tis imminente iniquitatis rapi-
at Et idem Gregorius moralium
21 dicit Imminente tempestate et
fluctibus tumentibus nulla na-
vigantibus rerum temporalium cura
nulla carnis delectacio ad men-
tem reducitur Omnis quippe res in de-
spectu, si cessaret amor vivendi
si timor pergitur mortis Hac
siquidem recogitabat Job dicens
nudus egressus sum, sed dicitur
Job primo nec tu ex mortis consi-
deracione debet aliquis desperare
aut irasci sed potius in virtutibus
prosperari Unde Seneca libro 2° questionum de
naturalibus omnibus certa finis
sic inquit Cur enim crastinis
sustine paululum, ecce venit
mors que nos pares fecit
Et epistola 91 Mors omnes equat
et omnes pares moriuntur Et ecclesiastes
5° Sicut egressus est nudus
de utero matris sic revertetur
O utinam mortis memoria nobis
adesset, tunc enim indesinenter
bene agere sollicitaremur et in
nostre vite diuturnitate minime
confidentes, tamquam mox mori-
turi essemus, sic ad vite future
adepcionem properemus Ideo sa-
piens Ecclesiastes 9° dicebat
Quodcumque potest manus tua in-
stanter operare Et idem xi° ma-
ne semina semen tuum sed diu
vivis, ut verificetur illud prophete
venient cum exultacione porta-
tes manipulos suos Unde
Apostolus ad Galathas ultimo
Dum tempus habemus operemur
bonum, quia ista vita est mors
viventium et vita morientium
ut inquit Augustinus libro Confessionum
Ideo Job 14° dicebat Breves
dies hominis sunt Et idem vii° dies
mei consumpti sunt absque ulla
spe Augustinus de verbis domini sermone
16 Brevis inquit est vita et
brevitas semper incerta Et
idem sermone viij° Quid est
diu vivere nisi diu torqueri Et
sermone 14° Diu vivere quid
est nisi ad finem currere Nam
vita ista filia est mortis ut potest

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0197
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg